662

Gidzielski M. Capitaneo loci praesen[ti] Scriptum Roborat.

Coram Generoso Joanne Miastkowski Camerario Terrestri Premisliensi in locum Magnifici Martini de Kiedzielsko Madalinski Capitanei loci p[raese]ntis Subdelegato, munus hoc Subdelegationis in se libere et benevole assumente, Officio et Actis p[raese]ntibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] Generosus Joannes Gidzielski Comparens p[er]sonaliter sanus mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis p[ro]priis et competen[tibus] recedendo Praesenti iuri Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis q[ui]b[us]l[ibe]t omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Magnifico Martino de Kiedzielsko Madalinski eiusq[ue] posteris Scriptum certum manualem per se recognoscen[dum] in rem et manus p[raese]ntis Magnifici Martini de Kiedzielsko Madalinski Capitanei Premislien[sis] ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum de actu et datu eiusdem hic Premisliae die hodierna in actu contenta, dedisse manu sua recognoscen[tis] propria subscripto Vadio Decem millium flore[norum] polon[icalium] firmavit se ac suos posteros in et super bonis suis q[ui]b[us]l[ibe]t omnibus summisq[ue] pecuniarum quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat p[raese]ntibus in omnibus et singulis eiusdem Conditionibus punctis clausulis articulis ligamentis ac nexibus q[ui]b[us]l[ibe]t universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare, omnibusq[ue] et singulis illius contentis tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere praefatum scriptum ad inscriptionem p[raese]ntem et inscriptionem p[raese]ntem ad effectum scripti praem[issi]

iustum in toto referendo

vicissim in toto referendo Idque sub vadio Decem millium florenorum polonicalium per eundem recognoscentem Suis ipsius posteris praefato Magnifico Capitaneo Praemisliensi Suis eius Successoribus ob non completionem scripti praefati contentorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac re aliqua principali ex contentis scripti praefati non completa complendo Citatus existens memoratus recognoscens Generosus Joannes Sidzelski vel eius posteri ad instantiam suprascripti Magnifici Martini de Rzeczelsko Madalinski Capitanei Praemisliensis suorumque illius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense extune recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare comparere respondere Iudicium Contractum hoc inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos posteros ad eadem omnia obligat. Illum terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes Causa eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate proprio maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentum vel Exercitum vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem etiam ulteriorum proximorum officii praefati Castrensis Praemisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptione Temporibus bello Conventioneque tum et alijs quibusvis iuris remedijs et defensis non subterfugiendo hoc modo quovis evadendo. Hac literali praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

R: Grochowski Swoszom Comugibus Scriptum Roborat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan